

*siarum Christi et ductores gregis eius et clarissima mundi luminaria<sup>c)</sup>, ut vigili cura et sedula ammonitione populum Dei ad pascua vitae aeternae ducere studeatis, et errantes oves bonorum exemplorum seu adhortationum humeris intra ecclesiasticae firmitatis muros reportare satagimini<sup>d)</sup>, ne lupo insidians aliquem canonicas sanctiones transgredientem vel paternas traditiones universalium conciliorum excedentem, quod absit, inveniens devoret. Ideo magno devotionis studio ammonendi<sup>e)</sup> et adhortandi sunt immo compellendi, ut firma fide et infatigabili perseverantia<sup>f)</sup> intra paternas sanctiones se contineant: in quo opere et studio sciat certissime sanctitas vestra nostram vobis cooperare diligentiam. Quapropter et nostros ad vos direximus missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobiscum corrigerent quae corrigenda essent<sup>g)</sup>. Sed et aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quae magis nobis necessaria videbantur, subiunximus. Ne aliquis, quaeso, huius pietatis ammonitionem esse praesumptiosam iudicet, qua nos errata corrigere, superflua abscidere, recta cohortare studemus, sed magis benivolo caritatis animo suscipiat<sup>h)</sup>. Nam*

c) a. a. O. S. 46/Z. 28: *Isti sunt, id est sacerdotes, luminaria sanctae Dei ecclesiae, ductores gregis Christi.*

d) a. a. O. S. 116/Z. 12 ff.: *Quapropter tu, carissime fili, gregem, quem accepisti regendum, fraterno amore diligenter erudire studeto, et sanctis ammonitionibus eum per pascua vitae deducere satage.* a. a. O. S. 53/Z. 33: *... pastoribus per pascua vitae deducti ...* a. a. O. S. 73/Z. 12 f.: *... ita doctor bonus suis subiectis perpetuae pascua vitae omni studio procurare debet.* a. a. O. S. 88/Z. 13: *... eiusdem vitae pascuis epulantes ...* a. a. O. S. 113/Z. 31 u. S. 116/Z. 27: *... sedula ammonitione ...* a. a. O. S. 138/Z. 24: *... et sedula pietatis ammonitione ...* a. a. O. S. 275/Z. 14: *... ammonitionis sedulitate ...* a. a. O. S. 138/Z. 25: *... perpetuae pascuis vitae ...* Die Benutzung von *satagere* bei Alcuin sehr häufig: vgl. a. a. O. S. 41/Z. 40; S. 176/Z. 33; S. 179/Z. 8; S. 311/Z. 17; S. 369/Z. 22; S. 116/Z. 14.

e) a. a. O. S. 49/Z. 24: *Sed semper ammoneo devotionis studio* ...

f) a. a. O. S. 106/Z. 20: *... devotione infatigabili ...*

g) a. a. O. S. 92/Z. 12 f.: *Si qua in moribus humanae conversationis inter vos corrigenda sunt, citius cum omni instantia corrigite ...*

h) Diese Wendung, die mit einem Bescheidenheitstopos verwandt ist, bei Alcuin in größter Häufigkeit und in verschiedensten Abwandlungen: a. a. O. S. 95/Z. 22 f.: *... nec me rogo ... praesumptiosum aestimate ... Caritas me compulit ...* a. a. O. S. 41/Z. 8 f.: *... nec stilum meum praesumptiosum putes, officiosum agnoscens; et quem in Deo diligit, ammonentem accipit.* a. a. O. S. 75/Z. 14 f.: *Obsecro, ne me praesumptiosum arbitreris haec tibi scribentem. Caritas Christi ...* a. a. O. S. 111/Z. 33 f.: *Obsecro, ne me praesumptiosum estimates et vanum, dum te haec omnia melius scientem ammoneo. Caritas me compulit loqui, quae omnia suffert; a. a. O. S. 166/Z. 17 f.: Nisi caritatis tantum causa meam praesumptionem ante oculos auctoritatis vestrae iuste, ut puto, excusare poterit.* a. a. O. S. 173/Z. 12 f.: *Non me obsecro praesumptiosum aestimate, fratres, pro huius ammonitionis cartula, sed quod caritatis lingua dictavi ...* — Die hier verglichene Stelle der Admonitio stellt praktisch nur eine weitere Abwandlung dar. Die *caritas*, die Alcuin in den Briefen von seiner eigenen Person ausgehen läßt, wird hier dem Empfänger der *ammonitiones* zugewiesen. Es steht schließlich Karl dem Großen besser an, wenn er seine Ermahnungen in erster Linie in Erfüllung seines göttlichen Auftrages als Herrscher gibt. Zu *errata corrigere* vgl. Alcuini *hortatio ad imitandas virtutes S. Vedasti*, Migne PL. 101, col. 679 D. *... corrigat errantem ...*